erit heic recognoscens cum successoribus suis satisfacere erit astrictus. Nulla praescriptione terrestri in praemissis omnibus obstante. Quod mihi firmatum est.

Grzechowski tenetur Orzel

In praesentiam officii actorumque praesentium castrensium Premisliensium personaliter veniens generosus Joannes Grzechowski filius generosi olim Joannis Grzechowski dapiferi terrae Premisliensis sanus mente et corpore existens a terrestribus palatinalibus districtibus ac iuribus suis quibus suis propriis foris competentibus recedens, iurisdictioni vero huic castrensi Premisliensi se ac successores suos bonaque sua omnia quae ad effectum infrascriptorum omnium pertinent incorporans et subiciens sanus mente pariter et corpore existens publice verbis expressis recognovit quia nobili Lucae Orzel et eius successoribus legitimis summam ducentorum quinquaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis singulos florenos triginta grossis polonicalibus computando ratione veri et mutuati debiti tenetur. Quam summam heic generosus Joannes Grzechowski se successoresque suos super bonis suis omnibus inscribit et obligat. Suis pro die festo Sanctorum Trium Regum proxime et immediate venturo coram officio actorumque praesentium totaliter plene persolvere et in effectum relinquere nec exsolvere dare, solvere, reponere realiter cum effectu reliquere nec extendere aut quovis modo restare sub vadio simili summae ducentorum quinquaginta florenorum. Et si in casu non solutionis summae eiusdem quinquaginta pro praedicto tempore solutioni assignato per eum recognoscentem vel successores eius ad solvendum eidem Lucae Orzel vel successoribus eius ipso facto succumbendo, quod vadium nullo decreto officii interveniente sed statuto inscriptionis praesentis in summam capitalem et essentiale debitum ac in summam quingentorum et ex florenis pecuniae ea die solutioni assignata redeat ac deinceps debebit, eandemque vadium cum summa originali tunc extendetur in omnibus bonis praedicti recognoscentis. Inscribitque se heic generosus Joannes Grzechowski successoresque suos omnibus bonis suis hanc inscriptionem ex actis praesentibus ad acta terrae Premisliensis ad recognoscendum titulo anni in hac vel meliori verborum forma transferre et transportare sub vadio summae originali correspondenti ducentorum quinquaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis. In defectum non transportationis inscriptionis pro praedicto tempore transportandi assignato ipso facto per eum recognoscentem vel successores eius ad solvendum eidem Lucae Orzel aut pateris eius succumbendo. Quod quidem vadio in summam essentialem conversa et summa originali ac vadio eorum tunc non transportata inscriptione succumbit. Quam se heic generosus Joannes Grzechowski aut successores

res eius eidem Lucae Orzel aut posteris eius citare praesumerit tunc per eadem a suis palatinalibus districtibus ac iuribus suis quibus suis propriis foris competentibus coram quocunque iudicio aut officio Regni Poloniae cum se successoresque cum bonis suis omnibus ad quod forte iudicium seu officium in Regno Poloniae citabitur vel successores citabuntur iurisdictioni illorum quo ad respondendum et iure suo in praemissis satisfaciendum subicit in primo citationis termino celeriter terminis stare parere unde re vadio cum summa essentiali ac cum vadio alio fortiter ab illo iudice seu officio Regni ad disponendum vere ipso satisfacere decretum administratum pariter et iurisdictionem illorum iudiciorum et officiorum Regni pariter et successores tenebuntur, et termino ipso primo tamquam peremptorio et alios subsequentes terminos nulla re exquisita ac etiam iuridiciali vera vel simplici infirmitatibus lectis et deductis quibus in regalibus in quemcumque sensum obtentis, cuius respectu bellis castellorum gratia generalibus vel particularibus expeditionibus bellicis quarumcunque et statutis et constitutionibus quibuscumque novis vel antiquis respectibus quaecumque districtus servitio militari pro lateret et laudatione de terra districtus servitio militari pro Republica et Sacrae Regiae Maiestatis intra et extra regnum absentia tunc Reipublicae et Sacrae Regiae Maiestatis intra et extra regnum absentia arrestis ac legalibus quibuscumque impedimentis differendum interesse aut minorennitatem successorum aetate legitima non habentem se non tuendum ad quietationem mortificationem inscriptionis suae ad evictorem seu evictores si quos vel quos se dicere habere possit ad actionem pro maiori munimenta necessaria dilationem seu citationem non recipiendo a decreto sive decretis vel suis accessoriis quam principalibus nec appellabit et fact nullam motionem appellationis faciendo et interponendo. Et non ad sequendum eam ad iudicem quam partem adeunt. Poena tandem non... et exemplari poena solutionis praemissorum ne evadenda exceptionibus suspensionibus evasionibus praescriptionibus fatalibus ac prorogationibus quibuscunque iuridicis et iudicialibus universis tam de iure scriptis quam consuetudinariis ac iure legem scriptam complectentibus frequenter solet minus damnis et facti omnibus beneficiis se ac successores suos ab eisdem omnibus sibi et suis successoribus in angelicam venturis de inscriptione ac ultimo effectu recipiendo in suis et suorum successorum sub amissione totius causae et ulterioris laudi et facti vadii et vadiorum quae vel quibus evolucionibus solutionibus inscriptionis omnibus ea contentis heic recognoscens cum successoribus suis tunc praemissis fuerit satisfacere tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis omnibus obstante. Quod mihi firmatum est.

Actum in Castro Premislien feria quarta post festum Undecim millia virginum proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Coram Gnoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow secretario Sacre Regie Mtis, Capitaneo de Dobrogostio Zapolski notario Castren Premislien officio et actis

Thusthanowski donat Boiarski

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Nobilis Haszko Thustanowskij Nobilis olim Mysko Thustanowskij filius, a iure foro iurisdictioneque suis competentibus quibus se recedens Iurisdictioni vero presenti Castri Premislien se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad presentem totius inscriptionis incorporans et innuerans sanus mente pariter et corpore existens non compulsus nec coactus sed sua sponte et benivole recognovit quia bona sua hereditaria videlicet totam et integram sortem que ipsum post Nobilem olim Hrinko Thustanowskij fratrem ipsius germanum iure Dominio et Naturali spectabat continebat ad ipsumque devolutam in villis Thustanowicze et Wolija Thustanowska sitas cum omni iure Dominio et proprietate omnibusque ad eam sortem exantiquo fructibus proventibus Censibus redditibus atque aliis universis Utilitatibus nullis exceptis pro se ac successoribus suis reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie compresentibus nunc et pro tempore existentibus, ita late longe atque circumferentialiter prout se eadem sors in villis prenominatis extendit in limitibusque consistit ac ut ad ipsum iure successionis devoluta est, iam exnunc Nobili Hrinko Boiarski et successoribus eius dono perpetuo et irrevocabili donatione eo titulo Juris dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis temporibus, prout dat donat inscribit et resignat perpetue per ipsum Hrinko Boiarski et successoribus eius bona prexpressa videlicet totam et integram sortem in villis Thustanowicze et Wolija Thustanowska consistentem Cum omni et quo ipsum est iure dominio et proprietate ac omnibus utilitatibus nihil pro predicto Thustanowskij et successoribus eius reservando iuris proprietatis atque utilitatum universorum, tenendam habendam possidendam donan

vendendam commutandam resignandam ac in usus suos et successorum suorum beneplacitos convertendam perpetuis temporibus. Et iam exnunc coram presenti officio recognovit se prexpresso Hrinko Boiarski et successoribus eius in bona predicte sortis dat et dedit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem Palatinum Russie generalem quemcumque extunc possessionem ad id addito In bonisque predictis dum a predicto Boiarski per Ministerialem et Nobiles acceptabitur dabunt et effectualiter admissum ac intromissum ac nullo modo impugnandum se successoresque suos super bonis suis omnibus inscribit et obligat Sub damnis [illegible] ad simplicem assertionem verbi sine corporali iuramento ipsius Boiarski et successorum eius taxandis. Et debebit predictus Haszko Thustanowskij cum suis successoribus quo secum super bonis suis omnibus inscribit predictum Boiarski et successores eius in bonis prefatis et circa eorumque ab omni quavis Iuridica et violenta personarum quarumcumque seu cuiuscumque impetitione Necnon ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis [illegible] reformationibus dotis et dotalicionibus ac advitalitatibus quarumcumque personarum coram quovis Tribunali facta [illegible] [illegible] tatibus Adictionibus [illegible] quibusvis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in bonis predictis [illegible] [illegible] et generaliter ab omni impetitione Iuridica personarum propinquarum et remotarum aliquod [illegible] successionis devolutionis Naturale se habere pretendentes [illegible] quando opus fuerit eis Boiarski aut successoribus eius perpetuis [illegible] temporibus tueri defendere, eliberare, pacificare ac bona semper et undique munda et libera facere, Neque debebit ipsi et successoribus eius in bonis prefatis [illegible] quasi iure [illegible] [illegible] pacificam possessionem [illegible] et admittere, Sub damnis [illegible] [illegible] [illegible] simplici verbi assertione sine corporali iuramento ipsius Boiarski et posterorum eius taxandis. Inscribitque se [illegible] recognovit cum successoribus super bonis suis omnibus hanc presentem inscriptionem ex libris [illegible] ad acta terrestria Premislien ante terminum [illegible] [illegible] vel meliori verborum forma transferre et transportare sub [illegible] libris damnis [illegible] ad simplicem verbi